UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Praxis Beneficiorvm D. Petri Rebvffi Montispessvlani Ivrivm Doct. Ac Comitis,Ivrisqve Pontificii Ordinarii Professoris Paris. & ibidem in supremo Senatu Causarum Patroni

Rebuffi, Pierre

Coloniae, 1610

De excommunicatis non vitandis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63686

Visual Library

tur,vt ex templo illum excommunicatum expellat.

Sextò quod domini requiſiti intra biduum non eiiciant cum effectu, ſcilicet,vt ſi ſemel ab eccleſia expulſus fuerit, interũ non ingrediatur.

Septimò quod illam perſonam excommunicatam non compulerit ad ſatisfaciẽdum: quia ſi eam compulerit cum effectu, videlicet eam incarcerando, tunc nõ ſubiicitur interdicto: alioqui ſecus.

Octauò quod ſi poſt interdictum perſona ſatiſfecerit, ſine alia abſolutione vel reconciliatione, mox diuina reaſſumi poterunt.]

De excommunicatis non vitandis.

Nullus tenetur vitare excommunicatos, aut ſuſpenſos, niſi ſpecialiter publicati & denunciati fuerint, aut notoriè conſtiterit, in ſententiam excommunicationis incidiſſe, per hoc tamen non releuantur in aliquo excommunicati, ſed vt timoratis conſcientiis prouideatur. hoc ſtatuitur.

STatuimus *a* inſuper quod ad vitandum ſcandala & multa pericula, ſubueniendumq; conſcientiis timoratis, quod nemo deinceps à cõmunicatione alicuius in ſacramentorũ adminiſtratione vel receptione, aut aliis quibuſcunque diuinis, vel extra, prætextu cuiuſcunque ſententiæ aut cenſuræ Eccleſiaſticæ, ſeu ſuſpenſionis, aut priuationis, ab homine vel à iure generaliter promulgatæ, teneantur abſtinere, vel aliquem vitare, vel interdictum eccleſiaſticũ obſeruare: niſi ſententia, prohibitio, ſuſpenſio vel cenſura huiuſmodi fuerit, vel contra perſonam, collegium, vniuerſitatem & eccleſiam, aut locum certum, aut certam à iudice publicata, & denunciata ſpecialiter & expreſsè, aut notoriè in excommunicationis ſentẽtiam conſtiterit incidiſſe, quod nulla poſſit tergiuerſatione celari aut aliquo iuris ſuffragio excuſari, eum à communione illius abſtinere volumus, iuxta canonicas ſanctiones. Per hoc tamen huiuſmodi excõmunicatos ſuſpenſos, interdictos, ſeu prohibitos nõ intendimus in aliquo releuare, neq; eis quomodolibet ſuffragari.

a STatuimus) Poteſt in tres diuidi partes, in prima ponitur ratio conſtitutionis edendæ, in ſecunda ponitur conſtitutio, ibi, quod nemo deinceps. in tertia, ibi, per hoc declarat nolle per hanc conſtitutionem releuare excommunicatos, ſuſpenſos, vel interdictos. *Excommunicatio an liget abſentem.*

Notandum eſt dictum ſolenne in practica, quod licet excõmunicatio liget abſentem & ignorantem quo ad vinculum, non tamen quo ad pœnam ante ſcientiã *gl. in c. quanto. 2. q. 5. & in c. Apoſtolicæ. de except. & c. illud de cler. exc. mi. Ro. conſ. 336. circa. facit quod no. Iaſ. in l. fi. col. 8. nu. 46. & ſeq. ff. de conſt. prin.* & ideo ſi excommunicatus iuſtè ignorans excommunicationem celebrauerit, vel alios actus fecerit, non eſt irregularis. *Anch. in cap. 1. not. 6. de conceſ. præb. in 6.* & ibi etiam dicunt doct. non poſſe ob hoc priuari beneficio. *Excõmunicatus ignoranter celebrans an ſit irregularis*

Quid ſi fuerit eidem factum præceptũ, vt ſoluat intra menſem ratione inſtrumenti facti per notarium, poſt menſem celebrat, quid iuris? quæſt. pendet. conſului quod non eſt irregularis ante notificationem, quia poteſt probabiliter ignorare an pars requiſierit, & epiſcopus conceſſerit excommunicationem, inſtar eorum, quæ notantur ſupra *in gloſſ.* vacantia. § volu-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nus. de colla. & dixi in rep. l. vnicæ. not. 2. num.
54. C. de ſent. quæ pro eo quod intereſt, vide Fel.
in cap. 2. num. 7. col. 2. & ſeq. de ſponſa. & Ioa.
Dayma. in verbo, de cætero. rubr. de elect. regia.
fol. 176.

Impetrans beneficium ob irregularitatẽ quid exprimere habeat.

Vnde notandum eſt, quod ſi quis velit
impetrare, quod ille regularis priuetur
debet declarare Papæ, quod ſciens ſe ex-
communicatum celebrauit, & quod de-
claratus publicè nunciatus erat, alias non
dabitur priuatio. Pan. per illum tex. in ca. il-
lud de cler. excommi. Staphyl. in tract. de literis
gratiæ. fol. 166. verſ. ſed aduertendum. Is ta-
men, qui eſt excommunicatus poſt appel-
lationem, non tenetur deſiſtere à diuinis,
quia excommunicatio eſt nulla. ca. dilecti
de appell. c. per tuas. de ſent. exc. Nec efficitur

Celebrans poſt excommunicationem, an ſit irregularis.

irregularis, qui ſic excommunicatus cele-
brat, & in quibus caſibus excommunica-
tio eſt nulla. per gl. in cap. præſenti. de ſent. ex-
com. in 6. Pan. & Dec. per illum tex. in c. ad præ-
ſentiam. de app. Fel. in c. Rodulphus. col. pen. de
reſcr. Tutius eſt tamen à diuinis ceſſare an-
te abſolutionem.

Collatio facta excommunicato non tenet.

Aduertendum eſt, quod collatio bene-
ficii facta excommunicato non tenet. c. po-
ſtulaſtis. & ibi dixi. de ele. excom. mi. qui iura
ſpiritualia in eum non cadunt. c. cum dile-
ctis. de conſuet. c. decernimus. & ibi Bal. per il-
lum tex. de iud. etiam ſi collatio fieret motu
proprio. Car. in cle. 1. §. 1. quæ. 4. de reli. dom.
ſiue ſit excommunicatus à iure, ſiue ab ho-
mine. Do. de Rota. deciſ. 363 nota quod ex-
communicato. in antiq. Imol. in cap. cum. dile-
ctus. in gloſ. magna. de conſue. circa finem, et
iam poſt abſolutionem non valebit, quia
ab initio nulla erat, ideo non conualeſcit.
reg. non firmatur. de reg. iur. in 6. c. dudum. 1. de
ele. Arch. in cap. nullus 63 diſt. Anch. in d. cap.
poſtulaſtis. niſi fieret eidem de nouo colla-
tio poſt abſolutionem, ſiue eſſet excom-
municatus ab epiſcopo, qui eidem contu-
lit, ſiue ab alio, ſiue in eadem diœceſi, ſiue
in aliia: quia excommunicatus in vna ec-
cleſia, eſt etiam vitandus in aliis. c. quiſquis
& ibi gloſſ. 4. q 5. gloſſ. in cap. paſtoralis. §. ve-
rum. de ap. Card. in cap. 1. col. 4. de prob. & cle. 1.
verſ. ipſius. de pœnis.

Item electio facta de excommunicato
non tenet, & eligentes peccant. c. conſtitu-
tis. 1. & ibi gloſſ. de app. cap. cum inter R. & ca.
illa de elect. etiam ſi minori excommunica-
tione fuerit innodatus non debet eligi. ca.
ſi celebrat. de cler. excom. mi. Card. in cle. 1. q. 5.
de relig. dom. Feli. in c. dilecte. cap. 2. & ſeq. &
Deci. in c. dilecti. col. 1. de excep.

Excommunicatus an poſſit eligere, vel eligi, vel poſtulari.

Ad hæc non poteſt excõmunicatus po-
ſtulari ad dignitates. cap. 1. de poſtu. præl. gl.
in cap. fin. de exceſſ. præl. quia iura loquentia
in electione, habent locum in poſtulatio-
ne gl. in c. 1. de poſtu. præl. in gl. pe in c. fin. de
ele. in 6. Præterea excommunicatus non
poteſt præſentari per patronum ad bene-
ficia. Arch. per illum tex. in c. 1. col. 3. de excep.
in 6. Lappus alleg. 8. præſentatus. Nam & iura
loquentia in electione procedunt in præ-
ſentatione. gl. in c. ſciant. & c. fin. de ele in 6.
Barb. in add. ad Bal. in l. 1. C. de interd. & præ-
ſentatio largè dicitur electio. tex. & ibi not.
doct. in c. 2. de iur. pat. Si tamẽ quis fuerit ab-
ſolutus cũ reincidentia ad menſem, ſi poſt
menſem fiat iſti collatio valebit, ſi aliæ lite-
ræ reincidentiæ nõ fuerint conceſſæ, quia
poſtquam eſt literatoriè abſolutus, litera-
toriè debet reincidere.

Præſentari ad beneficia non poteſt excommunicatus.

Abſolutus cum reincidentia poſt menſem, ſi poſtea fiat collatio, valeat.

Nec ipſo facto reincidit in excommu-
nicationem, ſed opus eſt quod de nouo in
illam reducatur. tex. ſolemnis in c. ad noſtram.
1. in fin. de iureiu. vbi plenè. Fel. poſt alios.

Contrarium tamen conſuluit Dec. conſ.
145. quæritur. & c. apoſtolicæ. not. 1. de except.
Vbi excommunicatus à iure, quando non
implet, quod promiſit, ipſo iure reincidit.
cap. eo. de ſent. excom. in 6. ſecus ſi fuerit ali-
quis excommunicatus ab homine, & ab
eo abſolutus, quia tunc opus eſt, vt ab ho-
mine in excommunicationem reducatur.
per d. c. ad noſtram & de Rota deci. 490. ſi ex-
communicatus in not. & deciſ. 524. nota quod
excommunicatus. in antiq. nec interim effi-
citur irregularis, ſi celebret, vt firmant Do-
min. & Peruſ. in c. 2. in fin. de ſent. excom. in 6.
Fel. in c. veniens. 2. de teſtib. Pan. & Dec. in cap.
quæſtioni. de appel. nec iſtæ literæ abſolutio-
nis & excommunicationis, quia inducta
ad vnum effectum, non debent contrariũ
effectum operari. l. legata inutiliter. ff. de
leg. 1. nam licèt quis non ſoluat in termino,
ad

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ad quem ſe obligauit ſub pœna excommunicationis, tamen non eſt excommunicatus, niſi feratur ſententia, quamuis pœna pecuniaria committeretur ipſo iure. *l. reſcriptum. §. ſi pactum. ff. de pact.* quia vincula cenſuræ ſunt à cæteris pœnis diuerſæ naturæ. *hæc ſunt verba Bald. in cap. P. & G.. col. pen. de offi. deleg. vide Ro. conſ. 33. in caſu.*

Permutatio nō valet cum excōmunicato facta.

Nec valet etiam permutatio beneficiorum facta cum excommunicatis, vel ſi alter eorum ſit excommunicatus, quia per permutationē de nouo acquiritur titulus beneficii cuius eſt incapax excōmunicatus. *gl. in §. item inſuper. in verbo, diſponere. de de collat. in prag. Car. in cle. 1. verſ. ipſius. de pœnis.* [Non poterit tamē redire ad ſuum beneficium is, qui ſcienter renunciauit, vt excommunicato conferretur, ſi obtineat beneficium excommunicati. *not. doct. per illum tex. in cle. vna de rer. permut. & in cap. ſi beneficia. de præb. in 6.* licet excommunicatus non obtineat reſignatum ſibi collatū propter ſuam inhabilitatem, *vt ſcripſi in praxi benefi. in reſcripto permutationis.*]

Eligi nō poteſt excommunicatus nec eligere, nec aliter eprouideri poteſt.

Excōmunicatus beneficium non impetrat.

Excommunicatus etiam beneficium impetrare non poteſt, quod ſi fecerit, non valebit. *Car. in cle. 1 §. 1. q. 6. de relig. domi.* ideo ſolet Ro. curia hac practica vti, vt abſoluat impetrantem quo ad effectum impetrationis, *vt dixi ſupra in forma mandati, in verbo abſoluentes.* Item excommunicatus ad dignitates, vel beneficia, non poteſt nominari. *Panorm. in cap. cum inter vniuerſas. de elect. col. 2. not. in cap. quod ſicut. ibidem. & in cap. conſtitutis. de app.* Suſpenſus eligi prohibetur, ac eligere *gloſſ. in cap. cum dilectus. de conſuet. & d. cap. Apoſtolicæ de except. Fede. in conſ. 147. quidam de ciuitate. Domi. in conſ 133. iſtud dubium.* Bertachi. *in tracta. de epiſcopo. in 3. parte primi libri. quæſtio. 42. & quæſt. 59.* vbi dicit eſſe verum, quando eſt ſuſpenſus ab homine per ſententiam, ſecus ſi à iure. *vt in d. cap. Apoſtolicæ. & idem tenet in 1. parte 2. lib. quæſt. 5.* Nec beneficia eiſdem conferri poſſunt. *gloſſ. in cap. cum bonæ. de ætate & qualit. & in cap. fin. de exceſſ. præl. & in c. fin. 9. q. 1. & c. epoſ. in cap. præter. §. ſi 32. diſt. Oldr. conſ. 286.* [illegible]

Item in alia prouiſione, vt facta excommunicato non valeat, quia nullum beneficium id temporis acquirere poteſt. *d. cap. fin. de exceſſ. prælato. Aſten. in ſua ſumma. tit. 9. quæſt. 7.* Ideo optio non poteſt fieri per excommunicatum, *iuxta cap. fin. de conſuet. 6. Do. de Rota deciſ. 105. acceptatio. in not. elucidaui in repet. cap. poſtulaſtis. de cler. excommun.*

Excommunicatus non poſſit cōferre per ſe vel vicarium.

Collatio etiam facta per excommunicatum non excommunicato, non valet, cum ſit exutus authoritate & poteſtate in ſpiritualib. *cap. cum inter. & ibi doct. de elect. Arch. in cap. nullus. 63. diſt. Bene. in rep. c. Raynutius, in verb. mortuo. 1. num. 285. cum ſeq. de teſta.* Imò ſi conferat, efficitur irregularis. *Aret. teſte in c. cum non ab homine. col. dec. de iudi.* ſiue fuerit facta per epiſcopum, aut alium collatorem, vel per eorum vicariū etiam non excommunicatum, quia cum vicarii nomine epiſcopi excommunicati conferant, & vna eademq; perſona videantur eſſe. *arg. c. 2. de conſuet. in 6.* ideo ſuſpenſus erit vicarius per excommunicationē epiſcopi, ſicut per mortem eſſet reuocatus. *gl. vlt. in cle. fi. de procur. Pan. in c. quoniam nu. 10. de offi. deleg. Peruſ. in c. 1. de offi. vica. in 6.* etiam ſi collator ignoraret ſe excommunicatum. *glo. in cap. pe. de cle exc. mi. Pan. Imol. & alii in cap. Paſtoralis. §. verum. de appel. licet gloſſ. ibi contrarium teneat. vide Card. conſ. 40. in facto,* quia in his quæ geruntur ratione priuati officii, non eſt differentia inter occultum & publicum, ſecus in his quæ ratione publici officii geruntur. *gloſ. & doct. in cap. ad probandum. de re iudi. Fed. conſ. 231. in antiq. in fin. de Bellamera. deciſ. 66. ſecretum. & in c. conſulti. de procur.*

Et in eo, quod iſte text. requirit denunciationem, eſt conueniens textui D. Pauli. *1. ad Cor. 5. in fi. ibi,* ſi is qui frater nominatur, inter vos eſt fornicator, aut auarus cum huiuſmodi, nolite cibum ſumere, ergo oportet quod prius nominetur & denuncietur, vt hic à iudice publicata, & denunciata ſpecialiter, &c.

Item excommunicatus non elegit. *cap. vno. ne ſede vac. in gl. in cap. fin. de exceſſ. præl. Flor. in 3. parte ſummæ. tit. 24. cap. 76. rubr.* *Excommunicatus nō eligit.*

de

de cauſa fin. excom. verſ. 8. D. Boer. in addi. ad
Mandagor. in 1. parte cap. 6. tract. de elect. in-
telligein electione quæ confert ius in be-
neficiis. ſecus in electione declaratoria vo
luntatis, quæ poteſt per excommunicatū
fieri. *l. ex facto. §. ſi quis rogatus. in 2. ff. ad*
Trebel. c. ſignificaſti. de eo qui duxit in matrim.
quam pol. per adult.

Imò ſi inter omnes canonicos vnus tan
tum ſit excommunicatus, & alii vel ma-
ior pars hoc ſciat, & poſſunt eum ab ele-
ctione repellere, & non expellunt, ſed cū
eo eligunt, electio talis non valet. *do. in ca.*
fin. de procurator. Inno. & alii in cap. illa. de e-
lect. gloſſ. in cap. fin. 9. q. 1. & in verbo, cenſuræ.
eo. tit. in pragm. Imol. in d. cap. cum dilectus.
num. 28. de conſuet. vide Bertach. in tractat. de
epiſcopo. in 3. parte primi libri. quæſt. 3. Fallit
in caſu. §. fin. cle. ne Romani. de elect. vbi vide-
re licet.

Patronus excōmunicatus non præſentat.

Excommunicatus etiam patronus non
poteſt præſentare. *Pan. in c. nobis. de iure pat.*
Paul. de Cit. trac. de iur. pat. in 3. par. 1. cauſ. acqu.
q. 10. quod eſt verū in clerico patrono, quia
præſentatio per eum facta quandam vim
electionis habet. *glo. in c. ſciant. de elect. in 6.*
c. cum autem de iure patr. & per eam acquiri-
tur ius præſentato. ſecus in patrono laico,
quia ex ſua præſentatione nil iuris præ-
ſentato, vel parum acquiritur, ſed totum
pendet ab inſtituente, cum ex gratia ei cō-
cedatur præſentatio. *cap. quoniam. de iure*
patro. Dom. de Rota, deciſ. 161. notat quod pa-
tronus. & dec. 527. in antiq. & deciſ. 2. de iure
patro. Rochus in tract. de iure patron. in verbo,
competens. q 8.

Primò, fallit quando excommunicatio
eſſet nulla, & de hoc conſtaret tempore e-
lectionis, vel collationis, ſeu alterius diſ-
poſitionis. *cap. veritate. 8. diſt. Inno. & Ioan.*
And. in cap. dilectis. in fin. de appel. Pan. in c. ita
quorundam. in fin. de appel. Panorm. in cap. ita
quorundam. in fin. de Iudæis. Si dubium erat
an valeret excommunicatio, electio, vel
collatio pendet à futuro euentu. *arg. l. ex-*
itus. ff. de acqu. poſſeſſ. Nam ſi nulla pronun-
cietur excommunicatio, valebit electio,
& collatio. alioqui ſecus. *Henr. Boic. in d. c.*
dilectis.

Secundò, fallit quando non erat excō-
municatus tempore collationis vel electi-
onis. *cap. propoſuit. de cler. excom. mini. Rota*
deciſ. 238. not. gloſſ. in antiqu. ideo teſtes de-
bent deponere, quòd tempore collationis,
vel electionis erat excommunicatus. *Arch.*
in d. cap. nullus. 63. diſtinct. cum hoc non pro
betur in recredentia, excommunicatus
habens apparentiorem titulum eam ob-
tinebit, niſi literatoriè probaretur eum ex-
communicatum.

Quæ acceptatio poſſit fieri per excommunicatum.

Tertiò, fallit in acceptatione, quæ po-
teſt fieri per excommunicatum, cum non
ſit niſi declaratio voluntatis, quam excō-
municatus retinet, *de Rota deciſ. vlt. de ſen. excom. Cald. conſ. 103. caſus ſuper quo. col. 4.*
num. 20. ſecus ſi per eam acquiretur ius
cap. referente. de præben. Rota in deciſ. 195. ac-
ceptatio. in not. & deciſ. 720. not. quòd excom-
municatus, in antiq. & per iſtam accepta-
tionem impeditur præuentio Papæ, *de*
qua ſupra dixi in rubr. de mand. Apoſt. in verb.
præuentionis. Alia multa dixi *in rep. c. poſtu-*
laſtis. de cle. exc. mini. vbi licet videre. Inte-
rim iſta ſunt valde notanda, quia vtilia &
quotidiana.

Pœnæ in tranſgreſſores [illegible]

Verumenimuerò quia vidi permultos
iuuenes contra eccleſiæ cenſuras hoc in-
felici tempore propenſos, ideo volui pœ-
nas aliquas hic cumulare, vt poſt hac qui-
libet excommunicationem aliaſque ec-
cleſiæ cenſuras, ſiue iuſtè indictæ ſint, ſiue
iniuſtè, timeat. *c. ſententia. 11. q. 3.* Vnde mul-
ta ex ſuperioribus ſcriptis elicere poteritis

Prima eſt, quod collatio facta excom-
municato non valet. *c. poſtulaſtis. de cler. ex-*
com. miniſtrante. vbi plenè ſcripſi, & ſupra
etiam ſequentia probantur.

Secunda, collator excōmunicatus etiā
conferre non poteſt, *vt probaui ſuperius.*

Tertia excommunicatus non poteſt e-
ligi, *vt ſupra.*

Quarta, excommunicatus eligere non
poteſt. *c. ſi celebrat. de cle. exc. mini. etiam ſu-*
perius deſcripſi.

Quinta excommunicatus poſtulari nō
poteſt *c. 1. de poſtul. præla.*

Sexta, non poteſt excommunicatus ad
beneficia præſentari.

Septi-

Septima, patronus excommunicatus iure præſentare non poteſt. *c.1.de excep.in 6. & ſupra dixi quomodo iſta intelligantur.*

Octaua, non poteſt excommunicatus cum alio beneficium permutare, nec illi collatio fieri. col.1. *vbi Card.de pœnis, & ſuperius dictum eſt.*

Nona, beneficium impetrare à Papa, legato, vel alio prohibetur. *Card. in cle. §.1.q.5. de relig.dom. vt ſuperius expreſſum extitit.*

Decima, excommunicatus nominari non poteſt *cum inter.de elect.*

Excommunicatus ordines non confert nec recipit.

Vndecima, excommunicatus beneficium optare non poteſt, iſta probaui ſuperius, ob in non aliter nunc confirmo.

Duodecima, excommunicatus ordines conferre non poteſt, cum extra eccleſiam ſit, ad eccleſiam aliquem adſcribere, & adiungere non poteſt. *nota in c.1. de eo qui furtiuè ordines recepit. text. in c.veniens. de præſcr.*

Decimatertia, excommunicatis ordines conferri prohibêtur, *vt ibidem probatur.* Imò ſic ſuſcipiens eſt irregularis, *teſte Pan. in d.c.1.* & cum eo ſolus Papa diſpenſat, vt in illis ordinib. tempore excommunicationis ſuſceptis miniſtret. *cap. cum illorum. de ſen. excom. Pan. & alii in ca.fi. de eo qui fur.ord. recepit. & pulchrò Bernard. de Luco in ſua pract. crimi c.13.*

Decimaquarta, cum excommunicatis communicare non licet, ſed quilibet eos vitare debet. *2.reg.c.3.* Eiice vniuerſos à me, ſcilicet excommunicatos. *& gl. in c.cum deſideres. de ſent.exc.*

Salutare, loqui, aut comedere cum excõmunicato non licet.

Decimaquinta, non licet eos ſalutare, nec aue dicere.

Decimaſexta, nec cum illis loqui.

Decimaſeptima, neq; cum excommunicato orare decet.

Decimaoctaua, neq; veſci cum eis in cibo, vel potu. *c.excommunicatos.* vbi iſta ſex probantur. *11.q.3.* quòd ſic habet excommunicatos quoſcunque à ſacerdotibus nullus recipiat, ante vtriuſque partis examinationem iuſtam, nec cum illis in oratione, aut cibo, aut potu, aut oſculo communicet, nec aue eis dicat, quia quicunque in his vel aliis prohibitis ſcienter excommunicatis communicauerint, iuxta Apoſtolorum inſtitutionem, & ipſi ſimili excommunicationi ſubiacebunt. *tex. in d.c. excommunicatos, & c.ſeq. & c.cum excommunicato. & cap. curæ. ibidem plenius deſcripſi in d.c. poſtulaſtis.*

Teſtari an poſſit excõmunicatus.

Decimanona, excommunicatus non poteſt teſtari, *teſte Cald. in q. incip. excommunicatus.* licet contrarium teneat. Bar. *in l.ſi quæramus. in fi. ff. de teſta.* quid procedit ſaltẽ in ſex caſib. quos congerit Benedi. *in c.Raynutius. in verbo, mortuo 1. nu.290. cum ſeq. de teſt. Scripſi in repetitio. d. c. poſtulaſtis in 1.no. Soc. in tract. fallen. reg.133. excommunicatus.*

Fructibus beneficii ex com. priuatur.

Vigeſima, excommunicatus priuatur fructibus beneficii. *gl. in c.præter. 32.di.* quia Dei inimicus, & eccleſiæ non debet de patrimonio viuere Ieſu Chriſti. *Bal. in c.1. col.3. in 2.lect. de iud. arg. c.commiſſa. in fi. de elect. in 6.* nec penſio eidem reſeruari. *Hiero. in tract. penſio. q.14.*

Vigeſimaprima, excommunicatus non eſt ad electionẽ vacandus, nec agit de contemptu *Henric. Boic. in c. illa de elect. plenè in d.c. poſtulaſtis dixi.*

Ab officio diuino excommunicatus eſt repellendus.

Vigeſimaſecunda, ab eccleſia durante diuino officio expellendus eſt, & dico *tit. ſeq.* quomodo hoc fiat. *gl. in c.cleros. 21.diſt. ca. qui ſtudet. in verb. dimiſit. 1.q.1 Imo. in c.1. col.2. de vita & ho. cle.* Imò ſi expelli non poſſit presbyter, Miſſam dimittere debet ſi canon Miſſæ, Te igitur, &c. non ſit inchoatus. *gl. in verbo, inexpleta. cle grauis. de ſent. excom. & in c.ſicut Apoſtolici. 11.q.2. Fel. in col.2. de excep.*

Vigeſima tertia, ſi excommunicatus ſe diuinis ingerat, incurrit irregularitatem. *c.is cui. de ſen. excom. in 6.* Et quomodo intelligatur dixi ſupra.

Excõmunicatus an immunitate eccleſiæ gaudeat.

Vigeſimaquarta, ſecundum quoſdã, excommunicatus eccleſiæ immunitate gaudere non debet, quia fruſtrà eccleſiæ auxiliũ inuocat, qui cõmittit in eam. *c. quia fruſtra de vſur.* & regula iuris ex eo, non debet quis reportare commodum, quod impugnare nixus eſt, *in 6.*

Agere prohibetur & accuſare.

Vigeſimaquinta, agere in iudicio prohibetur. *c.intelleximus. de iud.* etiã per procuratorem. *vt ibi, & in c.cum inter. de excep.* quia procuratoris perſonam ex perſona coſti-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tuentis metimur.*cle. pe. de procu.* nec etiam nomine alieno agit.*c.poſt ceſſionem.de probat.* qui non poteſt ei ſine animæ periculo communicari. *c.exceptionem. de except.* & vt cenſura eccleſiæ magis timeatur. *c.1.de excep.in 6.*

Vigeſimaſexta, excommunicatus accuſare non poteſt. *cap. de except. c.1. in q.1.* quia poſtquam in ciuilibus repellitur, & in criminalibus excludi debet.

Vigeſimaſeptima, excommunicatus ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequi nõ poteſt.*gl.in c.omnibus.4.q vlt.Fed.conſ.116.inuan dum Anch.in c.1.de reſcr in Pan. & Fel.in d.c.2. de except.*

Reſtitui ſpoliatũ ex communicatus nõ poteſt.

Vigeſimaoctaua, non poteſt ſpoliatus reſtitutioné petere. *tex. in gl.in verbo, aliud. c.ex inſinuatione de procu.& in c.1.23.diſt.* quia iura generaliter, eum ab agendo repellũt. *d.cap.intelleximus. Alex.in l. de pupillo.§.fin. col. 2.ff.de no. ope.nun. Feder. d. conſ.116.* [Et an poſſit excommunicatus ab vxore ſua debitum petere, ſcribit, gloſ.*in verbo, vxores.cap. quando multos.11.qu.3.* quod curioſis magis relinquo & coniugatis ardentibus.]

Excommunicatus non petit vt quis ſumat proceſſum.

Vigeſimanona, excommunicatus non poteſt petere ſententiam pro ſe ferri, etiã ſi ſit reus, vt Pan. concludit *per illum tex. in c.cum inter.de except.verſ.porro.* vnde petere non poterit libello oblato, vt actor proceſſum proſequatur, vel reaſſumat. *auth. qui ſemel.C.quomodo & quan. iud.* ne ex ſua malitia commodum reportet, *vbi ibidem dicitur.* Et quamuis iudices ſeculares hanc excommunicationis exceptionem non admittant, *vt teſtatur Io. Fab. in §.fi.de curat.in inſt.* Ideò parum viuũt, & ſubitanea morte pereunt, & fortè æterna, quia conſuetudo in his, quæ animam tangunt, parum releuat.*c.denique.4.diſt.*

Trigeſima, non poteſt eſſe teſtis. *c.decernimus.de ſent.exc.in 6.* fallit in caſib. traditis per Fel.*in c.veniens.2.de teſti.* vbi abſolui debet ad cautelam, quando aliter veritas ab aliis haberi non poteſt. vnde concludit Caſſa.*in conſue. Burgund. in rub.des iuſtices §.6.nu.16.* quod excommunicati ſeruiẽtes regii effici non poſſunt, cum officium eorũ ſit teſtificari, & executiones facere, quos excommunicatus facere non poteſt, ſiue ſit curiæ eccleſiaſticæ, ſiue ſecularis apparitor.

Excommunicati eſſe ſeruientes nõ poſſunt.

Iudex fieri prohibetur excommunicatus.

Trigeſimaprima, excommunicatus iudex eſſe prohibetur.*c ad probandum.de re iu. Dec in c.ſciſcitatus.de reſcr.* nec eius officiales excommunicationis tẽpore iudicari poterũt.*Rom.ſing.in 6.*& excommunicatus allegat tex. parum probantem *in c.1.de officio. ord.in 6.*& ſi iudicauerit ſententiam nõ valet, quia iuriſdictione vti non poteſt excõmunicatus, nec quidem à partib ſententia ratificari poteſt, vt firmat clariſſimus vir D. Guillel Mayner *in l.ea ſola.n.25.ff.de reg. iur.allegat.Immo.in c.aduerſus.de immu.eccl.* intellige vt valeat pro ſententia, ſed tãquam pactum ſic.*vt docet gl ſing. vbi addidi in l.2.C. commu.vtriuſque iudicii.*

Executionẽ ſententiæ non petit, nec rem ad boni viri arbitrium reduci.

Trigeſimaſecunda, excommunicatus non poteſt executionẽ ſententiæ petere.*c. exceptionem.de excep.& c.1.illo tit.in 6.Bald.in d.c.cum inter.& c.fi.ibidem.*

Trigeſimatertia, excõmunicatus arbiter eſſe non poteſt, tam propter animæ periculum ratione communionis, quàm quia arbitria inſtar iudiciorum ſunt redacta.*l.1. ff.de arbit.gl.& ibi Bar.in l.pedius.§.fin.ibid.*

Trigeſimaquarta, non poteſt petere reduci rem ad arbitrium boni viri, licet læſus fuerit: quia impugnare non poteſt, ſed ſe defendere tantum. *d. c. cum inter in fi. & ibi Bal.& Alex.in l.de pupillo.§.fin.ff.de noui operis nunciæ.*

Trigeſimaquinta, poſtulare, & aduocati fungi officio prohibetur. *c.decernimus de ſent.excom.c.excommunicamus.§. credentes.de hæret.* propter communionis periculum. *Pan.in rub.de poſtul.*

Excommunicatus nõ dicitur bonus vir, & donationẽ nõ inſinuat.

Trigeſimaſexta, excommunicatus non dicitur bonus vir, nec honeſtus, ſed Deo eccleſiæq; infeſtus, ex quo non toleratur ab eccleſia. *Ant.Butr.in c.cum dilectus. de purgat.cano.Soci.conſ.45.viſa appellatione.col.2.vol.1.verſ.quis autem dubitat.*

Trigeſimaſeptima, nõ poteſt dubitationem inſinuare, nec bonorum poſſeſſionẽ cognoſcere, quia iudex nõ debet ei aſſidere, ſicut nec diffidato.*vtor verbis Bald.in d.ca.*

cum

cum inter. in fin. de except. quòd no. ad intellectum ordina. regis Franciſc. de publ. anno *1539. ar. 132. rub. que toutes donationes ſeront inſinuees, vbi ſcripſi in 2. tomo.*

Infamis eſt, & doctor non poteſt effici, nec reconueniri.

Trigeſimaoctaua, excommunicatus eſt infamis. *tex. ſing. in c. infames. 6. q. 1. ſecundum Ro. ſing. 675. an excommunicatus.* intelligendũ eſt, *vt dixi in repe. c. poſtulaſti. 2. no. de clerico excommunicati.* [quando eſt ab eccleſia repulſus pro ſuis ſceleribus, ſecus ſi ex ſola contumacia, *vt d. c. infames.*]

Trigeſimanona, excommunicatus non poteſt effici doctor. *Bal. & Sal. in 1. cõſt. C. verſ. ideo ij*, quia infamis lauream ſumere non poteſt doctoream, nec dignitatem, vt eſt doctoratus, *ca. quanto. de magiſt. Petr. de leſnaud. in opuſ. de docto. in 1 parte. q. 18.* quamuis contrarium teneat Card. *in c. perpendimus, q. 4. de ſent. excomm. &* Ioan. de Ana. *in rub. de mag.*

Quadrageſima, excommunicatus non poteſt reconuenire *c. cum inter. in fi. de exce.* vbi aſſignatur ratio, ne quod ad defenſionis remedium ſuſtinetur, ad impugnationis materiam extendatur, niſi ex eadem cauſa reconueniret Rom. *ſing. 765. text. in ca. cum inter. allegat. Inn. in c. ſi vere. de ſent. excom.*

Procurator & tutor nõ erit excommunicatus

Quadrageſimaprima, excommunicatus procuratoris officium exercere prohibetur. *c. poſt ceſſionem de procur. quem tex. ſing. not. Alex. in l. ex facto. § ſi quis. 2. nu. 6. ff. ad Trebel.*

Quadrageſimaſecunda, excommunicatus tutor eſſe non poteſt propter cõmunionis periculum. *Bal. in d. ca. cum inter in fi. & in l. 1. C. de iuris & fac. ignot. refert Dec. in d. c. intelleximus. nu. 10. de iudi.*

Soluere debitor excõmunicato nõ tenetur.

Quadrageſimatertia, qui iurauit ſoluere intra certum tempus, ſi creditor ſit excommunicatus, non tenebitur eidem ſoluere, nec eidem cõmunicare in animæ ſuę periculũ. *tex. in § 1. hic finitur lex.* vbi vaſſallus non tenetur domino ſeruire excõmunicato *gl. in c. nos ſanctorũ. 15 q. 6. Pan. inter alia in fi. de ſen. exc. Dec. in d. c. intelleximus. in fi.*

Quadrageſimaquarta, tenutam, ſiue recredentiã, nõ poteſt petere reuocari, poſt quam executioni mandata eſt. *Bar. & alii in l. de pupillo. §. fi. de nou. oper. nunc. Dec. poſt Pan. in d. c. cum inter. nu. 20. de except.*

Facta ab excommunicatis valent in eorum præiudiciũ

Quadrageſimaquinta, illa quæ fiunt ab excõ. in eorum præiudiciũ valent, ſed quo ad commodum ſecus. *vt ſuperius plura enumeraui*, vnde ſi receperint aliquem in canonicum receptione factum, valebit receptio in eorum damnum. *gl. in verbo, in canonicum. pro illorum. de preb.*

Compelli poteſt ad proſequendum proceſſum.

Quadrageſimaſexta, ſi incepit agere & non fuerit repulſus, compelli poterit ad proſequendam cauſam, *per auth. qui ſemel. C. quomodo & quando iud.* quia hoc caſu neceſſe habet agere, & in odium ipſius contingit, potius quam in fauorem. *Bald. & Ang. in l. nulla. ff. de legib.*

Quadrageſimaſeptima, poteſt excõmunicatio opponi etiã à tertio, cuius nõ intereſt, quia de intereſſe publico agitur. *ca. cum parati. in fi. de appel. d. & in d. c. exceptionem.*

Iudex etiã parte non opponente excommunicatum repellit.

Quadrageſimaoctaua, iudici conceditur facultas repellẽdi excõmunicatũ, etiã parte non opponente ob publicã vtilitatẽ. d. c. exceptionẽ. *& c. 1. § fi. de exce. in 6.* imo etiam parte inuita & contradicente. *Dec. in d. c. intelleximus de iud.* & in hos deberent opponere procuratores regii, quia publ. intereſt.

Quadrageſimanona, punitur celebrans coram excommunicato, nec licet coram eo celebrare. *c. epiſcoporum. de priui. in 6.*

Quinquageſima, communicans cũ excõmunicato peccat mortaliter, & ideo cõtrahit ſibi excommunicationem minorẽ. *c. 2. de except. ibi Feli. & alii doct. in c. ſacris. quod metus cauſa.* niſi in caſibus à iure expreſſis, *& in c. ſtatuimus. de ſent. excom. in 6.*

Sepeliri in loco ſacro non debet excommunicatus.

Quinquageſimaprima, excommunicatus in cymiterio ſepeliri, vel in eccleſia nõ poteſt. Et ſi fuerit ibi ſepultus, oſſa eius, ſi dignoſcantur, remoueri debent. *c. ſacris. de ſepult.* quibus enim viuentibus non communicamus, mortuis communicare non debemus. *c. 1. 24. q. 2. & d. c. ſacris.*

Quinquageſimaſecunda, excommunicatus officium iudicis implorare non poteſt, vt declaretur ſibi exceptionem competere. *per l. ſi contendat. ff. de fideiuſſo*, quia agere eſt & impugnare, quod excommunicato prohibetur. *d. c. cum inter.*

In integrũ reſtitutionẽ non petit.

Quinquageſimatertia, non poteſt excõmunicatus petere in integrum reſtitutionem, ſi læſus fuerit ob excommunicationem. *Pan. & alii in c. ſignificauerunt. col. vlt. de excep.* & hoc ſi erat in culpa non petendo abſolutionem. *Alb. in l. in eadem. ff. ex quibus cauſ. maior.* ſuperius etiam dixi, quod excõmunicatus ſpoliatus reſtitutionem non petit.

Quinquageſimaquarta, effectus excõmunicationis non ſuſpenditur per appellationem, ſed ea non obſtante erit excommunicatus, qui ante appellationem erat. *c. is qui. in fi. de ſent. excom. in 6. c. paſtorali. §. 1. de appel.* vbi Panor. aſſignat duodecim rationes.

Bona remanentis in excõmunicatione per annũ ſunt cõfiſcanda.

Quinquageſimaquinta, bona remanentis in excommunicatione per annum cõfiſcari debent, *teſte Are. in c. qualiter. 2. §. ad corrigendos. col. 3. de accuſ.* & docui practicã contra excommunicatos, qua vti debent officiales regii ad compellendum excommunicatos, vt faciant ſe abſolui per bonorum diſtractionem. *in repe. c. poſtulaſtis. in 4. no. de cl. excom. min. circa fi.* vbi etiam dixi an poſt annum ſit priuatus beneficiis, declarando ea quæ doct. not. *in c. 1. de iudi.*

Vaſſallus nõ iuuat dominũ excommunicatum vel hæreticũ.

Quinquageſimaſexta, feudum excommunicato dari non debet. *Bal. in c. veritatis. de dolo. 1. hic finitur lex.*

Quinquageſimaſeptima, vaſſallus non tenetur adiuuare dominum excommunicatum, vel hæreticum. *d. §. 1. hic finitur lex. c. alius. 15. 1. gl. in ca. vno quo tempo. mil.* quod eſt *notand.*

Quinquageſimaoctaua omnibus ſacramentis (excepto matrimonii) eſt priuatus, quia in ſuum magnũ damnum poteſt cadere. *c. illud. 95 diſt. c. ad eius verò. 5. diſt. & c. ſignificaſti. de eo qui duxit in mat. Fel. in rub. de ſponſ. nu. 8. in 12. priuileg. matrim.* & adhuc bonus vir non auderet ſic ſumere iſtud ſacramentum, ne eſſet perpetua diſcordia inter coniuges, quæ ex hoc maximè prouenit, quando cum ſtatu gratiæ ſacramenta non ſumuntur, quia vix bono peraguntur exitu, quæ malo ſunt inchoata, principio. *c. cũ Paulus. 1. q. 1.* ob id in hac patria nullus matrimonium contrahit, niſi ſit eo vel præcedẽte die confeſſus.

Diſcordiæ cur in matrimoniis interueniunt.

Papa nõ ſalutat excõmunicatos.

Quinquageſimanona, excommunicatus pro mortuo habetur. *doct. in c. grauem. de ſent. exc.* Ideo Papa non ſalutat eos, nec vocat fratres, vel filios, vt *ſcripſi ſupra in verbo, dilectis. in forma. manda.*

Notarius excommunicatus conficere nõ poteſt inſtrumentum.

Sexageſima, notarius excommunicatus non poteſt inſtrumenta recipere propter communionis periculum *gl. & doct. in c. decernimus. de ſent. excom. in 6. Spe. in tit. de inſtr. ed. ti. §. reſtat, verſ. quid ſi inſtrumentum confectum. Pan. in ca. veritatis. de dolo Dom. in c. nullus. 3. q. 4. Fel. in c. fraternitatis. de hæret.* Et ſi receperit, non erat tamen nullum, quia iure cautum non eſt.

[Sexageſimaprima eſt, quod excommunicatus non poteſt impetrare reſcriptum, quòd ſi impetrauerit, eſt ipſo iure nullum. *c. 1. de reſc. in 6. ſcripſi in repe. c. poſtulaſtis. de cler. excom. mi.* vbi xx. conſcripſi limitationes & ampliationes.]

Vltima prælato excommunicato obedientia denegari poteſt. *Pan. & alii in c. cum non liceat. in 1. gl. de præſcr. allega. ca. paſtoralis. de appel.* aliàs pœnas impræſentiarum omitto, ſed has quilibet Chriſtianus timere debet. [Si tamen epiſcopus vel eius officialis mandet excommunicatum denunciari candelis accenſis, & in terram proiectis, hoc regales dicunt abuſiuũ: licet ante iſtas hæreſes longiſſimo tempore eccleſia vſa ſit hoc iure in literis maledictionum: ſed hodie contemnitur excommunicatio. ſed væh illis qui eam contemnunt.]

De interdictis non leuiter ponendis.

Interdici non poteſt ciuitas, villa ſeu locus, niſi ex culpa ipſorum locorum aut domini, ſeu rectoris, vel officialium: ſed propter culpam priuatæ perſonæ non interdicetur locus, niſi illa perſona prius fuerit excommunicata, & officiales requiſiti, vt iſtam perſonam eiiciant, & ipſi intra biennium non eiecerint, aut ad ſatisfaciendum compulerint: quòd ſi poſt biennium hoc etiam fecerint, mox reſumi poſſunt diuina.

Et